Abierunt ad phariseos & dixerunt eis que fecerit ihs: Colli
gerunt ergo pontifices & pharisei concilium & dicebant.
quid facimus quia hic homo multa signa facit: si dimit
timus eum sic omnes credent in eum: & venient romani
& tollent nrm & locum & gentem: Unus autem ex ipsis
caiphas cum esset pontifex anni illius dixit eis: Vos ne
scitis quic quam nec cogitatis quia expedit nobis ut unus
moriatur homo pro populo & non tota gens pereat
hoc autem a semetipso non dixit sed cum esset pontifex
anni illius prophetauit quia ihs moriturus erat pro
gente & non tantum pro gente sed & ut filios dei qui erant
dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo die cogi
tauerunt ut interficerent eum: Ihs ergo iam non in pa
ambulabat apud iudeos: sed abiit in regionem iuxta
desertum in ciuitatem que dicit ephrem & ibi morabat
cum discipulis suis.

Ascenderunt multi hierosolymam de regione ante
pascha: Ut sanctificarent se ipsos: Querebant ergo ihm
& conloquebantur ad inuicem in templo sta nes: quid
putatis quia non veniet ad diem festum hunc dederant
autem pontifices & pharisei mandatum ut si quis cog
nouerit ubi sit indicet ut adprehendant eum. Ihs ergo
ante sex dies pasche uenit bethaniam ubi fuerat
lazarus mortuus: quem suscitauit ihs. Fecerunt
autem ei cenam ibi & martha ministrabat: lazarus
uero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria
ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretio
si: & unxit pedes ihu: Et extersit capillis suis pe
des eius: & domus impleta est ex odore unguenti.